AD ORNATISSIMUM
HUMANISSIMUMq; VIRUM
Dn. Johan-Hermanum Schein
Muſicum excellentiſsimum:
CYMBALUM SIONICUM
in lucem proferentem.

CAntus ſonori tanta peritia
Mellite mentem JANE *tuam occupat,*
Tamq; apta ſub ductu Jehovæ
Macte modis canis & figuris:
Ut vel canorum clarus Ariona
Fingendo vincas cantica, qui tamen
Mulſiſſe Delphinas canendo
Ioniæ perhibetur undæ.
Quin nec canendo Threicius tibi
HERMANNE *ſe Orpheus æquiparaverit,*
Quamvis figurato ciebat
Saxa, feras, ſcopulosq; cantu.
Sed plectra franget cantor eburnea
Mirans uterq;, & ſollicitâ manu
Intaminata corda victus
Mox feriet meliore plectro.

SLUB Wir führen Wissen.
EV.-LUTH. KIRCHGEMEINDE ST. PETRI AUGUSTUSBURG